



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series VI. Scientiæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

SERIES VI.

Scientiæ ab an. 1. ad 1656.

Scientiarum saltem principia seu rudimenta Adamo divinitus indita, ab eo traduntur filiis, & nepotibus, à quibus ad posteros propagantur.

Si Psalmos Adam composuit, uti tradunt Talmudici: quibus videtur assentiri *Genebrardus*, non hominum magis quam poëtas pater dicendus est.

Quin & ab alijs ante terrarum eluvionem sacris hymnis, canticis, & psalmis, Dei laudes, victorias, & res prosperè gestas fuisse celebratas docet *Huetius in demonstrat: Evangelic:*

Inventas à Setho litteras opinantur aliqui, quod dubio procul certissimum foret, si verum esset, quod aliqui ex gravissimis Patribus tradidère: Scriptum scilicet ab Enocho librum, quem apud Æthiopes aservari scribit *Genebrardus*.

SERIES VII.

*Artes & Inventa ab an. 1,
ad 1656.*

Primus inter homines Pastor Abel: Cain primus Agricola: Lamech primus Venator.